Fragmentarium

zali ministerio aperire consueuit. Potestas itaque
ligandi atque soluendi uidentur esse claues ille de
quibus a domino dictum est ad petrum. Et tibi dabo claues
regni celorum. Ecce iam habemus quod querere proposu-
imus. Habemus quid sit illa potestas ligandi atque
soluendi sacerdotibus data. quomodo uel quorum uale-
ant et debeant remittere uel retinere peccata. Sed adhuc
pergis et dicis. Si non possunt quoslibet ligare pa-
riter et soluere. quorumlibet peccata remittere. quorumlibet
retinere. quid est quod generaliter dicitur ad petrum. quodcumque
ligaueris. quodcumque solueris. Similiter et generaliter propo-
nitur quod apostolis omnibus in commune dicitur. Quorum remi-
seritis peccata remittuntur eis. et quorum retinueri-
tis retenta sunt. Merito te hec questio moueret
si dominus petro dixisset. Quecumque uolueris ligare
ligatum erit. et quecumque uolueris soluere solutum
erit. Sed non hoc dixit. nec sic intelligi uoluit.
Si quis ligare uoluerit quod ligare non debet. numquam
idcirco ligatum erit. Quis hoc dicat? Non ergo
dicit. quecumque ligare uolueris. sed quodcumque ligaueris
ligatum erit. Ille utique uere ligatur. qui iuxta
confessionis sue tenorem iusto satisfactionis
debito obligatur. Ille sacerdotali officio uere
absoluitur. cui peccatum ad condignam satisfactio-
nem iuste remittitur. Ligat itaque et absoluit
sacerdotis iusta sententia. neutrum uero sacer-
dotis sententia iniusta. Sic sane peccata eorum
procerto remittuntur. qui iuste absolui merentur.
Illorum uero peccata proculdubio retinentur. non quibus
iniuste sed quibus iuste peccatorum absolutio denegatur.
[illegible] ad petrum dominus dicit. idem ualet ac si ali-
[illegible]us diceret. Quod ligatum uel solutum fuit a te.
[illegible]m uel solutum fuit [illegible] apud me. Qui a te de-

[illegible] a morte per mortem dei. proculdubio non possunt per
huiusmodi ignorantiam excusari. Sed plenam itaque
satisfactionem pro peccato illius [illegible] tanta concedit. istis
[illegible] non relinquit. Ubi [illegible] postsit tam expia-
[illegible] alienge potius quam [illegible] ca[illegible] mactatione
[illegible]onitur. Infideli [illegible] fide bapti-
[illegible] nulla satisfactio [illegible]s afflictio
[illegible] cum preter [illegible] ignorantiam ad ex-
[illegible] in peccati [illegible] Iam per passionem ex
[illegible] ad plenum purgatur.
[illegible] ab om[illegible]
[illegible]us christianus qui per infidelitatis
ignorantiam de suis [illegible] nullatenus excusa-
[illegible] in carne [illegible] et quasi uoluntarie per
[illegible] per ceptam uoluntatis notitiam uolun-
taria satisfactio iniungitur. et quod contra [illegible] dentem
iam non [illegible] presumpsit. non sola hostie
oblatione propria carnis maceratione. et
mortificatione purgatur. Ecce quod supius iam
diximus diffinitius expiatur criminosus christi-
anus. quam criminosus paganus. Sed cur queso ex-
piatur diffinitius. nisi quia offendit grauius. Dicis
quod criminosus christianus et penitens soluitur a de-
bito damnationis ante sacerdotis absolutio-
nem. et non audes dicere quod paganus criminosus et
penitens. eodem debito soluatur ante sacer-
dotis absolutionem. et non [illegible] quam sit [illegible]
estimationis nostre [illegible] ut di-
catur statim ad ueram penitentiam solui quia pec-
cauit [illegible] Constat [illegible] quia nemo pos-
sit impenitente absolui. [illegible] non
nemo penitente absoluitur quam sub ipsa compunc-
tionis hora [illegible] absolutione diuinitus
accepit. Sed si nemo absoluitur impenitente.
[illegible] Sed quod hoc
[illegible] qui dicit. Quorum re-
[illegible] eis. Constat ergo quod per
[illegible] remittuntur. penitenti
[illegible] ingemuerit
[illegible] qui absolu-
[illegible] absolutio negari non
[illegible] et quierunt

quomodo dicatur deus uel dei minister peccata dimittere
cum per se ipso inueniatur utique penitentium peccata et pu-
niendo expiare et expiando punire. Que est
inquit ista remissio ubi exigitur diuturna sepe et
satis molesta expiatio. Et huius quidem longe superius
dixi quod queritur quantum mihi uidetur satis patet. Sed ad
maiorem euidentiam ante iam dictis aliquid ad-
dere non me pigebit ubi oportet. In omni pec-
cato duo conseruanda sunt. diuina uidelicet
iniuria. et committentis corruptela. Illud est iniqu-
itatis et impietatis. istud inhonestatis et de-
formitatis. Unum namque idemque peccatum et ini-
quitas est quantum ad deum. et deformitatis quan-
tum ad se ipsum. Hinc est illud euangeliste
iohannis. Omnis qui facit peccatum et iniquitatem facit.
et peccatum est iniquitas. Proculdubio iniquitas
est. cum quis proximum iniuste ledit. et in hoc
ut arbitror nemo non consentit. Iniquitas est
cum aliquis dominum suum reprehendit. accusat. blasphe-
mat. et nemo est nisi mentis inops qui id infi-
tiari presumat. Sed aliquis forte eius tamen in crapula.
ebrietate. luxuria et huiusmodi ceteris suis de-
sideriis satisfacit. iniquitatem esse non credit.
in quo sine proximi lesione id facit. Sed cer-
te cum hoc facit dominum offendit. Quanta enim
iniuria est creatoris nobilissimam creaturam
et ad dei similitudinem factam uiciorum sor-
dibus fedare. et diuine similitudini simili-
tudinem iumenti superducere. Homo inquit
cum in honore esset non intellexit. comparatus est
iumentis insipientibus et similis factus est illis.
Cogitet homo quanta per ipso creator suus fe-
cerit. qualia pro ipso redemptor eius sustinuerit.
et inde poterit [illegible] estimare quam sit iniquum
uel impium tanto domino tam benefico amico i-
niuriam pro beneficiis reddere. et ipsum uel in modico
offendere. Offendit autem qui corrumpit nobilis-
simum illud opus suum. corrumpit uero quando facit
peccatum. Igitur qui peccatum facit et iniquitatem facit.
quia peccatum ipsum ut diximus iniquitas. seu etiam im-
pietas est in quantum deum offendit inhonestas

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17
STANDARDGRAPH No. 9061

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/66, fol. [1]v-[2]r – Richardus de Sancto Victore, <i>De potestate ligandi et solvendi</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-ucmh/6685/56381)